

## **ANEXO I.**

### **SALUSTIO, *De coniuratione Catilinae***

En este enlace tenéis una breve información histórica sobre la conjuración y sobre su protagonista, Catilina. Es conveniente que la manejeis para enfrentaros a los textos.

<http://almacendeclasicas.blogspot.com/2013/03/la-conjuracion-de-catilina.html>

[18.] Salustio, *De coniuratione Catilinae*. Retrato moral de Catilina.

Lucius Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit.

[19.] Salustio, *De coniuratione Catilinae*. Se describe la desmesura moral de Catilina y cómo la propia ruina familiar y la corrupción de Roma le incitaban.

Animus nimis alta semper cupiebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessima ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

## ANEXO II

CÉSAR, *De Bello Gallico*

### 6. César acude en auxilio de Bibracte

(1) Eo de media nocte Caesar isdem ducibus usus, qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. (2) Quorum adventu et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit et hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit. (3) Itaque paulisper apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati omnibus vicis aedificiisque, quo adire potuerant, incensis ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt et a milibus passuum minus duobus castra posuerunt; (4) quae castra, ut fumo atque ignibus significabatur, amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant (VII, 1-5)



### 7. Los suesiones se someten a César

(1) Postridie eius diei Caesar, priusquam se hostes ex terrore ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui proximi Remis erant, exercitum duxit et, magno itinere confecto, ad oppidum Noviodunum contendit. (2) Id ex itinere oppugnare conatus, quod vacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossae muri que altitudinem, paucis defendentibus, expugnare non potuit; (3) castris munitis, vineas agere quaeque ad oppugnandum usui erant comparare coepit. (4) Interim omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit. (5) Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere iacto turribusque constitutis, magnitudine operum, quae neque viderant ante Galli neque

audierant, et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditioe mittunt et, petentibus Remis, ut conservarentur impetrant (XII 1-5).